UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Gasparis Vilelæ ad Societatem Iesu Goam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

Xauerius etiamnum magnum apud multos nomen ſanctitatis obtineat. Ego in grauiſſimam febrim incidi magno ſanè vitæ periculo: ex qua tertio denique menſe præter opinionem euaſi: cumque res Iaponicæ turbulentæ ex quam ſpem profectus oſtenderent, infirmo etiãtum corpore ad meum prouinciale munus in Indiam mihi renauigandum exiſtimaui. Huc nos (qualem nec videre mea vita memini, nec verò exiſtere vnquam poſſe putaui) ſæuiſſima dierum quinque tempeſtate iactati, incolumes Deo miſerante peruenimus: cuius bonitatem ſupplices exoramus, vt quos è tot periculis ereptos in hæc loca perduxit, eoſdem obedientia duce ad cœleſtia regna ſedeſque peruenire patiatur. Cocino iiij. Idus Ianua. MDLVIII.

GASPARIS VILELÆ ad Societatem Ieſu Goam.

ANno ſuperiore, fratres mihi cariſſimi, ad vos fusè perſcripſi res cũ alijs huius prouinciæ locis, tum præſertim Firandi geſtas, vbi annum ſum commoratus. quo temporis ſpatio Chriſtiani mille & trecenti facti, tẽplaq; tria Chriſto dedicata ſunt, quæ Idolorũ antea fuerant. quam rerũ conuerſionẽ aduerſarius ægrè ferens, magnas in nos turbas per Bõziũ quendã excitauit, qui ex incremento rei Chriſtianæ acri odio in nos iã ante cõcepto, habita inſuper nobiſcũ diſputatione turpiter victus, adeò exarſit dolore ac rabie, vt in perniciẽ noſtram ex illa die neruos oẽs intẽderit. Cõfeſtim praua Bonziorũ dogmata atq; mẽdacia vulgo prædicare aggreſſus eſt, idq; eo euentu, vt cuius nomen Firandi ante id tempus obſcurum atq; ignotũ fuiſſet, plurimos iã ſectatores haberet; nec plebs modò, ſed ipſi Bonzij ex eius penderent. Inter hæc ille populum in nos omni arte incitare; monere & hortari, vti nos, ſicuti Franciſcum Xauerium ante, exterminarent, atque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ita Deorũ ab ſe iram ac minas auerterent.quibus
effectũ eſt,non ſolũ vt multi in nos falſum dicere
ſtimoniũ, ſed etiã quod Chriſtianos pupugit vehemen-
ter (vt Crucem effringere non dubitarent in cœ-
meterio poſitam: quam iniuriam & Regulus ipſe, &
quot alij Chriſti gloriæ cupidi quanquã vlciſci po-
iuſtis tamẽ de cauſſis patienter tulerunt. Dominus
Deus noſter nihil ijs alijsq; multis eorum ſceleribus
motus,ſed recordatus miſerationũ ſuarum antiqua-
pro flãmis atq; fulminibus ſigna miſit è cœlo ad te-
nebras fugandas perq̃ clara & illuſtria: etenim in
aeris regione ſpecies Crucis apparuerunt, aliaque pro-
gia valde conſpicua. verũenimuerò vſq; adeo demen-
gine mentes eorũ obductæ ſunt, vt inſolitã lucẽ
nequiuerint;ſed poti⁹ in ſua ꝑtinacia obfirmati neo-
phytos à Chriſti cultu ſumma vi reuocare conantur.

Meacũ eſt vrbs totius Iaponis caput, frequentiſſ-
academia, litteratorumque conuentu percelebris.
uitati quòd Euangelij lux nondum affulſit, Coſmo
riano Rectori noſtro viſum eſt faciendum, vt al-
noſtrum ad explorandum ciuitatis ſtatum, ſim-
tentandum quis ibi locus Euãgelio ſit, mitteretur.
rei gratia crebris ſupplicationibus ac ſacrificijs
actis,hæc mihi prouincia obtigit, quamuis ad
nus haudquaquã idoneo. Sed qui illud mihi im-
Dominus;idem ferendo quoq; ſuppeditabit vires.
dem, quod ad me attinet, mortem, iniurias, incom-
da, & frigora quæ in ijs regionibus maxima ſunt,
propono. Iaponicæ linguæ tametſi conſuetudinem
quam nactus ſum, tamen quò facilius atq; commo-
cum Iaponijs agere poſſim, interpretem è Societate
ſtra Iaponium mecum duco, iamq; me ad iter acci-
Itaque ne longior ſim, temporis anguſtiæ prohibent,
lud à vobis fratres cariſſimi enixè peto quæſoque,
in tali tantaque re omnis opis egentem, Domino
diligentiſſimè commendetis. Ex Iapone. Cal. Septemb.
MDLIX.

IOAN.